

Sacr. Cong. Episcop. 1. Septemb. 1646. & 21. Octobris 1649. apud Nicol. in *Flosculis loc. cit. n. 6.* Ubi num. 7. subiungit, quod Superiores cuiusque Monasterii Visitationem biduo debeant explere: Badem Sacra Congreg. Episcop. in *Januensi 22. Novembris 1604.*

107 Visitator in Ordine Fratrum de Observantia deputandus est à Patre Generali totius Ordinis S. P. Francisci circa finem triennii Provincialatus Ministri Provincialis cuiusque respective provinciae, ut eam diligenter possit visitare, & visitata diligenter provincia, Capitulum possit celebrare, & hoc intra tempus trium, vel quatuor, & in satissimis Provinciis sex mensium; *Const. Ordinis c. 8. statut. 65. Compend. Sanctior. verb. Visitator num. 5.*

108 Dicitur Visitatori legitime deputato resistentes, illumque impediens, contradicendo, opponendo, recusando, aut quovis modo rebellando, sunt ipso facto excommunicati excommunicatione Papae reservata, officio privati, & voce activa, & passiva in perpetuum destituti: Gregor. XIII. constit. *incip. Quoniam nostro*: Constit. Ordinis cap. 8. statut. 67. concl. 6. Compend. Sanctior. loc. cit. num. 10.

109 Dicitur Visitator non habet votum in electionibus, nisi specialiter à Generali sit ipsi concessum, constit. *Ordin. cap. 8. statut. 67. concl. 3. Sanctior. loc. c. n. 11.*

110 Neque in electione Capituli habet in paritate votorum votum decisivum: Vide *verb. Electio art. 4. num. 45.*

111 Habet autem ipsum votum decisivum in electionibus, quae fiant à solo Definitorio, si à Generali sit deputatus Praeses: Vide *d. verb. Electio art. 4. num. 46.*

112 Praefatus Visitator non potest usurpare sibi sigilla maiora Provinciae, nec mittere Clericos ad Ordines suscipiendos, neque recipere Novitios, neque destinare Praedicatorum ad Quadragesimas, seu Adventus, neque deputare Confessores monasterii Monialium, neque distribuere spolia defunctorum fratrum, quae omnia ad Ministrum Provinciale pertinet: Statut. General. Capituli septuagesimi primi *pro Familia Cismon-tana cap. 2. num. 10.*

113 Neque visitare potest monasteria Monialium, nisi ex aliqua rationabili causa fuerit ei specialiter, & expresse concessum in Patentibus literis suae Delegationis; Statut. General. Capituli 75. *pro Cismon-tana Familia circa finem, vers. Commissarii Visitatores.* Nec potest statuta provinciae condere, vel mutare sine Capitulo, nec fratres extra provinciam mittere, nisi ad Generalem pro ejus negotiis. Nec in Provinciale Ministerium, aut qui aliis simili officio functi sunt, neque in Patres Ordinis notabiliter animadvertere potest, nisi ex probata causa, & de consilio, & consensu majoris partis Patrum provinciae, aut Provincialis Capituli, neque eos deponere, aut privare, nisi Generalis prius admonetur, excepto casu gravis delicti, quod populo scandalum generet, & quod Generalis distet per decem dies itineris; & tunc id solum poterit de consensu majoris partis patrum provinciae: *Const. Ordinis c. 8. statut. 67. concl. 7. Compil. Statut. Sambuc. c. 8. §. De Commissariis Visitatoribus circa finem, Sanctior. loc. cit. num. 9.*

114 Dicitur Visitator non potest eligi in Ministrum Provinciale Provinciae, quam visitat, sive ipsemet praesideat, sive non: Alias electio est nulla, & Electores privationem vocis activae, & passivae incurrunt: Statut. General. Capituli 79. *Statuta pro utraque Familia n. 11.* Visitatione incepta durat ejus Auctoritas, & Officium mortuo licet, vel amoto Generali Delegante: Statut. General. Capituli 72. *pro tota Familia num. 11. Sanctior. l. c. n. 14. arg. c. Si cui 36. de Praebend. in 6. cap. Si super gratia 9. de Officio Delegati in 6.*

115 Celebrato Provinciali Capitulo, debet Visitator de Provincia sibi credita egredi intra terminum 20. dierum, alioquin ejus spirat Auctoritas, nisi aliter sit per specialem, & expressam facultatem concessum: *Const. Ordinis cap. 8. Statut. 67. conclus. 7. Compil. Statut. Sambuc. l. c. circa fin. Sanctior. l. c. num. 9.*

116 Si contingerit mors Visitatoris, capta Officii possessione, Provinciali competit regimen provinciae usque ad novi Visitatoris deputationem in his tantum, quae di-

lationem non patiuntur; unde visitare, processus formare de praeteritis delictis, causas terminare, & similia facere non potest: Statut. General. Capituli 75. *pro Ultramontana Familia num. 33.*

Quae autem dicitur Visitator in obeundo visitationis munere praestare, & inquirere debeat; Vide *Compil. Statut. Sambuc. c. 8. §. ult. per tot. ubi abunde de omnibus.*

Quoad ea, quae concernunt Visitatores aliorum Regularium Ordinum, quaque praestare, & inquirere debeant? Attendende sunt propriae cuiusque Religionis peculiares constitutiones.

Quae vero advertenda sint ab Episcopis, ac Visitatoribus in Generali visitatione, adducuntur hic prout traduntur à Monacell. tom. 1. in *Appendic. in fine, & tom. 4. supplement. ad 1. tom. post num. 267.*

## ADVERTENDA IN VISITATIONE.

## Cancellarius.

«An scripturae tam Actorum Civilium, quam Criminalium integre, & distincte in locis, ac Armariis apertis fideliter retineantur?

«An retineatur liber bene compactus, in quo regitentur nomina, & cognomina illorum, qui professionem Fidei ad formam constitutionis Pii IV. §9. emiserrunt, & an in dicto actu adhibeantur testes cum expressione diei, & anni, prout adhibendi sunt?

«An retineatur liber pariter bene compactus, in quo adnotentur, & registrentur supplices libelli, decreta, & rescripta gratiosa, provisiones, & permissiones episcopales, in quibus non conficiuntur Processus?

«An retineatur liber bene compactus, & cartulatus, in quo adnotentur ea omnia, quae pertinent ad Moniales?

«An retineatur liber, in quo adnotentur Ordinationes generales, & particulares, aliaeque Episcopi Pontificales functiones?

«An Acta Ordinandum distincte, ac ordinate serventur, & custodiantur?

«An adsit Inventarium omnium scripturarum, & processuum?

«An supradicti libri retinendi habeant in frontispitio, seu titulo subscriptionem, & approbationem Episcopi, vel Vicarii Generalis, & Cancellarii illius temporis, quo fuerunt compacti, & à principio inscripti, prout illam continere deberent, ut illis major fides praestari possit?

## Capitulum, &amp; Canonici.

«An Officium Divinum, Missae, & Horae Canonicae in Ecclesia, & choro statutis horis recientur, & ceterae functiones expleantur?

«An cum veste talari, & habitu Canonicali, devote, modeste, & attente, & cum silentio?

«An Punctiores fideliter officium exerceant, & juramentum praestiterint?

«An Capitulum determinata die convocetur, & à quo?

«An resolutiones Capitulares fiant per vota secreta, & in libro fideliter registrentur per Capituli Secretarium?

«An Officiales Capituli singulis annis per vota secreta eligantur, & in fine anni suae administrationis rationem reddant, & de ratione reddita in libris Capituli legitime appareat?

«An adsit Archivium Scripturarum, in quo Inventarium bonorum omnium Capituli custodiatur una cum ceteris scripturis ad usum pertinentibus? *(verb. Abbas)*

«An adsint statuta Ecclesiae, seu constitutiones, Capituli, & an sint ab Ordinariis, vel à Sede Apostolica approbatae?

«An adsint distributiones quotidianae?

«An adsint Praebendae Theologicae, & Penitentiales?

«An

## Clericus.

«An Dignitates, & Canonici sint ordine distincti?

«An adsint Missionarii, & Beneficiati, vel Capellani servitio Chori addicti?

«An in choro adsint Psalteria, Antiphonaria, & ceteri libri necessarii?

«An adsit Tabella Horaria?

«An celebretur quotidie Missa Conventualis pro Benefactoribus?

«An Canonici inserviant per se ipsos, vel per substitutum?

«An Canonici sint promoti ad Ordines Sacros eorum Praebendis annexos?

## Parochus.

«An retineat quinque libros Parochiales bene compactos, videlicet Status Animarum, Baptizatorum, Matrimoniorum, Confirmatorum, Defunctorum?

«An habeat Archivium, in quo Scripturae ad Ecclesiam spectantes custodiantur sub clavi?

«An continuo resideat in parochia, vel potius frequenter ab ea discedat absque licentia?

«An diebus Dominicis pueros, & puellas doceat doctrinam christianam, & habeat sermonem ad populum, festa, & jejunia denuntiet?

«An diebus Dominicis, & Festis de precepto sacrificium pro populo applicet?

«An testamenta Parochianorum consecerit, & ubi & quomodo illa retineat, & an ad Cancellarium Episcopalem, ut in publicam scripturam releventur, transmiserit?

«An retineat Coadjutorem?

«An admittat externos, & vagos Sacerdotes ad Sacrum faciendum absque licentia Curiae Episcopalis?

«An publicet Indulgentias absque approbatione Episcopi, vel Vicarii Generalis?

«An incidat arbores frugiferas, & infrugiferas, in bonis Ecclesiae, aut alia bona ejusdem distringat absque beneplacito Apostolico, vel Episcopi?

«An Sacramenta ministret superpelliceo, stola, & veste talari indutus, & festis diebus, etiam non vocatus, Confessionalis de mane insideat?

«An Domi cohabitiet cum Mulieribus, & quae sint?

«An habeat Sacra Biblia, aliosque libros pertinentes ad suum Officium?

«An Sacramenta, & Sacramentalia sub seris, & clavis custodiat?

«An visitet infirmos etiam non vocatus, eisque debito tempore Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, & Extremae Unctionis ministret?

«An in sua Ecclesia, de mane, in meridie, & de sero detur cum Campana signum salutationis Angelicae, & prima hora noctis detur signum precum *De profundis.*

## Vicarius Foraneus.

«An in morte Parochorum Inventarium rerum Ecclesiae conficiat, & scripturas omnes, & libros parochiales ab haeredibus defuncti recuperare invigilet testibus adhibitis?

«An dispositiones, & legata relicta locorum piorum Vicario Generali communicet, ut executioni mandentur?

«An Clericos, & Sacerdotes scandalosos, vel indevote Missam celebrantes Episcopo denuntiet?

«An Parochos, & alios Curam exercentes desides, & eorum munia negligentes ad Episcopum deferat ut corrigantur?

«An peccata publica, & scandala, quae emergunt, pariter Episcopo denuntiet?

«An exigat pomas contra facientes opera servilia sine licentia diebus festis?

«An concedat licentias alloquendi Moniales sine scriptis, & tempore divinorum officiorum?

«An concedat licentias Parochis, & Curatis se absentandi à residentia?

«An interponat decreta in contractibus minorum, & mulierum?

## FERRAR. BIBLIOTH. TOM. IX.

«An habeat penes se testamentum vetus, & novum latinum vulgatae editionis, Concilium Tridentinum, Catechismum, & Summam aliquam theologiae Moralium, & librum aliquem spirituales?

«An semper incedat cum veste clericali, rasura & tonsura decenti, missam audiat quotidie, Ecclesiam, cui est adscriptus, saltem diebus festis inserviat, doctrinam christianam doceat & Communionem frequentet, & Scholam? *Concil. Trid. sess. 23. cap. 11. 13. & 14. de Reform.*

«An aleis, aliisque ludis incumbat, aut venationi, spectaculis, & choreis intersit, & in profanis comediis fiat Auditor & an cum mulieribus cohabitiet, & quae sint?

«An implicet se negotiis Secularibus, mercaturam exercendo, praedia, aut vectigalia Laicorum conducendo, aut Laicis pro Factore, seu Magistro Domus inserviendo?

«An habeat Superpelliceum, & Biretum mundum?

## Presbyter.

«An, & quos libros retineat, & studeat?

«An, & quibus ludis det operam, aut venationibus?

«An quotidie Sacrum faciat?

«An celebret recitatio Matutino cum Laudibus, cum Paramentis integris, & mundis?

«An ante celebrationem Missae tabacumumat, & quoties in hebdomada confiteatur peccata, & ante Missam preparationem faciat?

«An in civitate, & locis populosis celebret cum veste talari?

«An quotidie recitet divinum officium statutis horis, & in quo loco?

«An habeat superpelliceum, & biretum decens proprium?

«An interveniat processionibus, & aliis functionibus ecclesiasticis publicis, in locis in quibus permanet?

«An semper incedat cum veste talari in civitate, & locis parvis decenti cum Corona, & Tonsura capillorum?

«An intersit, aut ducat choreas, in comediis fiat Auditor, & in comessionibus, & conviviis tempus insumat?

«An cohabitiet cum mulieribus, & quae sint?

«An implicet se negotiis secularibus, mercaturam exercendo, aut vectigalia Laicorum conducendo, aut negotia tamquam Factor, & Minister eorumdem laicorum agendo, vel Procuram exercendo?

«Si Visitator in hac speciali Clericorum visitatione adverteret illos veritatem non dicere, posset ab eis exigere juramentum, postea quam eos audivit, ut dicit *Graff. dec. aur. part. 2. lib. 3. cap. 27. num. 6. & 63.*

## Regulares.

«An adsint in numero sufficienti, & habeant qualitates praescriptas à constitutionibus Apostolicis?

«An servent, & servari faciant ab eorum famulis dies festos, necnon censuras, & Interdicta ab episcopali Curia emanata?

«An admittant in eorum Ecclesiis Presbyteros Seculares externos ad celebrandas Missas absque Episcopi, aut ejus Vicarii licentia? *Sac. Cong. Concil. in Neapolitana 17. Aug. 1617.*

«An publice exponant Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sine licentia Ordinarii?

«An habeant Conservatorem legitime electum ad formam Constituti Gregorii XV.

«An elemosynas quarant, licet non indigeant?

«An incedant per loca sine socio, & vadant de nocte?

«An se ingerant in administratione bonorum ecclesiarum ad Societates laicorum in eorumdem Ecclesiis exercitas?

An Sacramenta infirmis ministrent, inscio, aut Parocho invito? An celebrent missas horis inconsuetis, vel sermones habeant in Ecclesiis sine licentia Episcopi, vel miracula prædicent non authentica? An accedant ad monasteria Monialium absque licentia præter formam præscriptam à decretis Apostolicis?

Moniales.

An muri clausuræ habeant prospectum activum vel passivum in domos, vel è domo Secularium? An Mansiones Confessarii Monialium exemptarum sint penitus disjunctæ à monasterio? An Moniales scribant epistolas extra clausuram absque licentia Abbatisæ? An Moniales utantur fenestrella, ubi audiuntur Confessiones ad colloquendum cum exteris? An adsit in monasterio capsula communis, in qua deponantur omnes pecunie provenientes à Monialibus particularibus? An admittantur exteri ad colloquendum cum monialibus absque licentia in scriptis Episcopi, vel Vicarii Generalis? An introducantur in clausuram catuli, pueri, vel puellæ cuiuscumque ætatis? An recipiantur electæ, & deputatæ Auscultatrices, Rotariæ, & Ostiarie? An retineantur ab Abbatisa libri bene compacti, & cartulæ, in quorum primo describantur dietæ, dactylæ, & accepta, introitus, & exitus, quo possit legitime in fine officii rationem reddere Episcopo suæ administrationis: In altero per modum Inventarii descripta sint bona stabilia, Jura, census, & credita monasterii cum indicatione rogitorum Instrumentorum: In tertio libro registrentur resolutiones Capituli Monialium, acceptationes Puellarum ad Habitum, & Professiones cum expressione dietæ, mensis, & anni; quos libros si inveniat Visitator non retineri, omnino providetur.

An in monasterio adsit locus separatus pro Educandis, & pro Novitiis? An omnes Moniales sumant cibum in Refectorio tempore Mensæ ex cucina, & arario communi paratum? An Moniales parent cibos exteris, vel dona eisdem mittant, aut recipient absque licentia, & scientia Abbatisæ, & Monasterii? An admittantur Regulares ad celebrandum Sacrifcium in Ecclesia absque licentia Episcopi, seu Vicarii Generalis?

An omnes Moniales saltem semel in mense confiteantur, & sumant Eucharistiam? An omnes intersint choro ad recitandum hora debita divinum officium, & orationibus, & aliis pietatis exercitiis communibus? An omnes quotidie audiant Sanctum Sacrifcium Missæ?

Quos libros retineant, & legant, & an tempore Missæ fiat lectio alicujus libri spiritualis, & servetur silentium?

Visitet dormitorium seu cellas, & observet, an unaquæque Monialis habeat lectum separatim? An Habitum Monialium sit uniformis, & ad præscriptum Regulæ? Sac. Cong. Episcop. in Casertanensis 26. Sept. 1692.

Inquirat caute, & prudenter de vita, moribus, & directione Confessarii.

Eremitæ.

An in Ecclesiis civitatis, suburbiorum, vel diocesis permaneat aliquis Eremita absque approbatione Episcopi? An incedat in habitu à constitutionibus Apostolicis præscripto?

Hospitalia, & Moniales.

An adsint erectiones, statuta, & an legitimæ, an honestæ, & licitæ? An infirmis subministrentur corporalia, & spiritualia? Revideantur computa, & administrationes.

Confraternitates Laicorum.

An sint legitime erectæ auctoritate Apostolica, vel ordinaria, & habeant statuta approbata? An bona, elemosynæ fideliter administrantur, & Officiales à plena Confratrum Congregatione singulo anno eligantur per vota secreta, ut computa revideantur, & solidentur? An habeant Inventarium omnium, & singulorum bonorum, Capellanum, & Depositarium ab Episcopo approbatos? An retineant libros distinctos, in quorum primo resolutiones societatis legitime congregatæ registrentur: In secundo nomina, & cognomina Confratrum: In tertio revisiones computorum, & sententiæ absolutoriae, & condemnatorie Administratum, & aliorum Officialium Societatis, nec non decreta Visitationum? An habeant Archivium scripturarum? An sint aggregatæ Archiconfraternitatibus Urbis, vel habeant alia Indulta, & Privilegia? An Confratres debitores Societatis, & bona, & introitus ejusdem administrent? An bona stabilia Societatis locentur absque prævio edicto, & ultra triennium? An intersint processionibus publicis?

Seminarium.

An adsint Deputati electi ad formam Concilii? An adsint Magistri, & quot, & Rector? An Alumni sint omnes civitatis, vel diocesis, & omnes sint Clerici, & pauperes? An omnes Alumni habeant requisita Concilii? An admisi præstiterint fidejussionem in Actis Curiae, impensas vicis reddidit, quatenus ad statum Laicalem redierint? An reddidit fideliter administrantur? An adsint regulæ ab Alumnis servandæ? An Alumni interveniant Ecclesiæ Cathedrali dig-nibus Festis ad formam Concilii? An incedant per Urbem soli sine veste?

Ecclesia.

An ædificentur Ecclesiæ, Capellæ, Oratoria publica absque licentia Episcopi, ac dote, & quæ jam ædificatæ fuere, sint collapsæ, & indigeant reparatione? Cap. Nemo Ecclesiam, Cap. Nullus Presbyter dicit. i. de consecrat.

An altaria habeant in medio saltem lapidem sacrum debitæ latitudinis cooperum tela cerata, gradum ligneum, vel lapideum, cum duobus candelabris, & cruce cum Imagine Crucifixi? cap. Si motum dicit. i. de consecrat.

An dicta altaria habeant Icones integras decente depictas cum Imaginibus Sacris ab Episcopo benedictis?

An sint mensæ eorundem altarium tectæ cum tribus mappis albis, & mundis, quarum superior ab utroque latere usque ad suppedaneum descendat?

An habeant suppedanea lignea cum repagulo pulvinariibus, vel legili, & Tabellis Sacri Convivii, Lavabo, & in principio?

An altaria sint proportionatæ altitudinis, latitudinis, & longitudinis, muro undique pleno, & incrustato, ac signo Crucis in facie munita cum pallio?

An muri, tectum, pavimento, valvæ, campanæ & campanile indigeant reparatione?

An

An in sacrario adsint suppellectilia omnium colorum integra, & munda, an Armaria, in quibus custodiantur, an calices, & patenæ deauratæ, an corporalia, palla, palficatoria, manutergia, bursæ, bireta, vela, missalia, omniaque decentia, & expolita? Cap. In Sancta, & cap. Vestimenta de consecr. 1. An adsint sedilia, vel scamna, quæ Sacerdotes celebrantes, aut functiones ecclesiasticas perturbent, & impediunt?

An aqua lustralis sit in Vase expolito, & renovetur singulo octavo die?

An adsit Inventarium bonorum, & sacrarum suppellectilium? An pro Sacrificio Missæ adsint pelliculæ munda, Ampullæ, campanulæ, manutergia, hostiæ albæ, & instrumenta pro illis, nec non particulis retundendis?

An sit libera, vel patronata?

An habeat portam habentem aditum immediatum in domum laicorum? quæ debet claudî, si inveniatur habere.

An campana, seu campanæ sint ab Episcopo benedictæ?

Fanus.

An in funeribus adsint abusus, puta quod cadavera associantur sine cruce, sine lumine, & sine Parocho, vel cum ululatu Consanguineorum mulieres evellant sibi crines, aut aliquid aliud agant gentilium more?

An cadavera defunctorum processionaliter ad Ecclesiam deferantur ante ortum, vel post occasum Solis absque licentia?

An trandantur sepulturæ ante lapsum temporis viginti ad minus horarum, postquam animam à corpore exhalasse pro certo habeatur; illi vero, qui repentina morte, ante lapsum 24. horarum?

An Parochus, alii sepulturam denegent, aut differant præterea non solutæ elemosynæ, & an pauperes gratis sepeliuntur? Ecclesiastici cap. 7. Ritual. Roman. de Exeq.

An in ecclesia parochiali adsit sepulchrum separatim pro parvulis decedentibus cum Baptismo ante septennium, prout construi debet?

An in ecclesia cathedrali adsit sepulchrum separatim pro Canonis, & aliud pro Clericis?

An cadavera infantum decedentium sine Baptismo sepeliuntur prope Ecclesiam in loco non Sacro ad id constituto?

An cœmeteria, quæ religiosa loca sunt, undique muro sint circumdata, & in medio signum crucis ele-vetur?

An sepulturæ constructæ, & effossæ reperiantur subter altaria, vel prope, & illarum ora suppedanea pertingant? hæc etenim obstruendæ omnino sunt, aliâ altaria interdicantur.

An in Ecclesiis Monialium sine licentia Sacræ Congregationis tumulentur cadavera laicorum, sive maritum, sive mulierum? Si hoc enim fieret, interdicatur, dummodo non sint Patroni Ecclesiæ, qui in fundatione hoc jus sibi, & hæreditibus reservassent, vel cum licentia Sacræ Congregationis, & Monialium, sepulchrum ab antiquo tempore haberent constructum.

An Parochus præter quartam pro cadaveribus extra parochiam tumulandis aliquid aliud exigat ab hæreditibus defuncti? Id enim vetitum est, non obstante contraria consuetudine: Sac. Congr. Episcop. in Civitatibus Vetule 2. Junii 1690. & Sacr. Cong. Concil. in Mantuana Januarii & 3. Aprilis 1694.

Horrentur Sacerdotes, ut sibi ipsis decedentibus Suffragiorum vicem retribuunt.

Reliquiæ.

An decenter custodiantur in thecis saltem ex ligno deauratis, & cristallo, seu vitro integro connectis cum suis inscriptionibus?

An retineantur in armario ornato loco fixo sub se-

ra, & clavi cum Epigraphe: Reliquiæ Sanctorum? An adsit catalogus omnium Reliquiarum, & an sint Authentice vel ignotæ, aut dubiæ fidei? An asportentur ad infirmos? Si enim hoc fieret, prohibeatur.

An in illarum publica expositione accendantur luminaria, & si subter altaria sint deposita corpora integra Sanctorum, an retineatur lampas accensa?

Indulgentiæ.

An publicentur absque licentia, & approbatione Episcopi?

An adsint Brevia, & Concessionones authentice?

An fiant mercimonia, & quæstus præterea & occasione Indulgentiarum?

Imagines Sacræ.

An Imagines Sanctorum exponantur in Ecclesiis adorandæ priusquam ab Episcopo fuerint benedictæ, & approbatæ?

An Imagines Sacræ sint depictæ in locis sordidis, aut locis irreverentiæ obnoxii, an deformatæ, & deturpatæ? Inde enim tollendæ sunt, vel restaurandæ, & si fieri nequit, dealbandæ, leg. unica Cod. Nominum lic. sign. Salvador. &c. Sacra Cong. Episcop. in Veneta 22. Martii 1690.

Signum crucis, si in pavimento sculptum inveniat, inde tollatur, ne pedibus conculetur; leg. 1. Cod. Nominum lic. sign. Salvador. &c.

An Imagines Jesu Christi, Beatæ Mariæ Virginis, Apostolorum, ac Evangelistarum, reperiantur depictæ cum habitu, vel forma ab Ecclesiis non usitata, vel cum habitu Regularium? Si enim taliter depictæ inveniantur, etiam in Ecclesiis exemptis, debent deleri, & reformari: Urban. VIII. in Appendic. 2. Constitut. 31.

Baptismus.

An fons sit lapideus, vel ex alia materia solida cum cooperculo ex metallo sine rimulis, propeque adsit Sacrifarium?

An fonti affixum sit tabernaculum, seu, ut appellant, ciborium saltem ligneum decore & fabre factum in quo sit contignatio, ubi vascula argentea, seu stannea Oleorum Chrisimatis, & Catechumenorum reponantur cum suis inscriptionibus.

An ibi retineatur coclear argenteum, seu saltem stanneum ad fundendam aquam in caput baptizandi, Vas cum sale benedicto, & linteamina munda?

An ciborium decenti conopeo vestiatur, ne sordes superne decendant, & illud commaculent, & firmissima sera claudantur?

An obstetrices sint examinatæ, & approbatæ?

An admittantur Patrini minores 14. annis, & Matrines minores 12. & an Regulares, vel Clerici in Sacris constituti sine licentia? Act. Eccles. Mediol. part. 1. Sinod. Diac. Decr. 17.

An Baptismus infantium protrahatur, & differatur ultra tres dies, & nomina Ethnicorum imponantur? Clement. unio. de Baptismo.

An baptizati eodem die à Parocho, vel alio, qui de sejus licentia, aut Episcopi, Sacramentum ministravit, describantur in libro Baptizatorum?

An hoc Sacramentum extra casum necessitatis conferatur domi?

Confirmatio.

An in officio Patrini admittantur non Confirmati, vel ignorantis rudimenta Fidei, an Regulares, an Ordinibus Sacris constituti?

An admittantur ad recipiendum hoc Sacramentum minores septennio, qui non fuerint instructi, ac adulti non confessi?

An qui fuerunt Patrini in Baptismo, admittantur, & fiant Patrini ejusdem pueri in Sacramento Confirmationis?

An

BIBLIOTECA CENTRAL M.A.N.E.

»An pueri, vel puellæ ducautur ad recipiendum hoc Sacramentum extra diocesim?

#### Eucharistia.

»An retineatur in Tabernaculo affabre facto, & extra majori ex parte deaurato, & interius undequaque serico panno decentis coloris vestito; in Pyxide argentea orbicula, & auro intus illita cum suo cooperulo, & conopeo super Corporali mundo?

»An Ostium Tabernaculi sit firmissima sera, & clavi argentea, aut deaurata clausum, quam Parochus apud se diligenti custodia retineat?

»An Tabernaculum sit tectum decenti conopeo, & de illis provisum omnium colorum?

»An particule consecrate hyeme saltem singulis quindecim, æstate octo diebus renoventur?

»An ante altare Tabernaculi diu, noctuque collocat saltem una expolita lampas?

»An in Tabernaculo præter Pyxidem, aliquid aliud quantumvis Sacrum asservetur; quod si fiat, removeatur; cap. Reliqui, de custod. Euch.

»An delatio Eucharistiæ ad infirmos fiat cum debita associatione luminum, cum baldachino, seu umbella in locis parvis, pluviale in civitate, & oppidis nota dignis?

»An mulieres accedant modeste ad sumendam Sacramentum Eucharistiæ, vel potius irreverenter, mamillis, & brachiis denudatis?

»An non communicantes in Paschate moniti fuerint; & illorum nomina transmissa ad Curiam Episcopalem?

»An, & quoties in anno fiant processiones cum delatione Eucharistiæ, & expositione publicæ?

#### Pœnitentia.

»An hoc Sacramentum ministrretur in Ecclesia in Sede Confessionali cum superpelliceo, & Stola?

»An Sedes Confessionales habeant crates saltem ligneas, seu potius laminas ferreas, spissis foraminibus terebratas, ac bene undequaque hærentes, cum asserculo versatili, cujus objectu facies Sacerdotis populo occultetur, necnon piam aliquam imaginem ex parte Pœnitentis, & an sint in loco visibili?

»An Confessarii audiant Confessiones extra Sedem Confessionalem, præsertim mulierum, & puerorum, & conspectu nulla interposita crate? Nam si talis usus inveniretur, poena suspensionis ab audiendis Confessionibus esset puniendus.

»An in Sede Confessionali sit affixa tabella casuum reservatorum?

»An admittantur Confessarii tam Seculares, quam Regulares exteri, & de aliena diocesi ad audiendas Confessiones sine Episcopali licentia?

#### Oleum Infirmorum.

»An retineatur in Ecclesia in finestella à cornu Evangelii Altaris Majoris intus panno serico obducta in vasculo argenteo, seu saltem stanneo, atque id in ampliori capsula lignea undequaque gossipio circumcomposito cum sera, & clavi, inscripto supra Hostium: *Oleum Infirmorum*?

»An Parochus illud deferat ad infirmos sit indutus Superpelliceo, & Stola, an in serica bursa violacei coloris inclusum, & cordulis item sericis collis appensa reverenter ferat?

»An conferatur pueris usum rationis, & malitiam peccandi non habentibus, & furiosis lucido intervallo carentibus, & impoenitentem decedentibus; cap. Erga eum 26. q. 7.

#### Matrimonium.

»An Parochi Matrimonia denuntient, antequam semoris arbitrio consensum mutuum contrahere volentium receperint?

»An Parochi antequam Matrimonia denuntient, recognoscant, an contrahere volentes sint legitime ætatis, Confirmati, in mysteriis Fidei edocti, an consanguinei?

»An Sponsi, antequam Matrimonium contrahant, invicem conversentur absque interventu Parentum, & Consanguineorum?

»An Parochus saltem bis in anno in missis parochialibus populo impedimenta Matrimonii denuntiet?

»An Parochi exteros, vel eos, qui à diocesi diu fuerint absentes, absque licentia Episcopi in Matrimonio conjungant?

»An Parochi dispensent unam, vel alteram ex denuntiationibus faciendis, auctoritate propria, absque permissione Episcopi vel Vicarii Generalis?

»An denuntiationes fiant semper diebus festis de præcepto interpolatis?

»An Parochus, vel alter, qui de ejus licentia, vel Episcopi, contrahentes Matrimonium conjunxit, Matrimonium describat in libro eadem die, vel differat descriptionem?

»An Matrimonium contrahantur semper in Ecclesia, vel aliquando domi sine licentia Episcopi, vel Vicarii Generalis?

»An temporibus ab Ecclesia prohibitis absque Episcopi licentia?

#### Missa Sacrificium.

»An ad Sacrum faciendum admittantur Exteri absque literis Dimissoriis, seu Commendatitiis recognitis, & approbatis ab Episcopo, vel ejus Delegato?

»An adsint in loco Sacerdotes, qui indevote, prope, & irreverenter Sacrificium celebrent?

»An Sacrista, seu Rector Ecclesiæ permittat, & admittat ad celebrandum Presbyteros, qui Coronam, & Vestem Clericalem decentem, & ab edictis, seu constitutionibus synodalibus præscriptam non dederunt?

»An in Missis Votivis fiant quæstus, & an Sacerdos novellus admittat Laicos ad altare ad osculum manus? Nam si iste abusus inveniat, tolli debet, cum pacis Instrumentum, seu crucem ad osculum exhibere debeat, & non manus, & oblationes, si quas offerri contingat, hoc fiat in medio Altaris, Sacerdote populo obverso; Sac. Cong. Concil. apud Zerol. in Praxi verb. Missa.

»An in celebratione Missarum Sacerdotes utantur calicibus, & patenis disauratis, planetis atritis, & corrosis, albis, & amictis immundis, cingulis fractis, corporalibus commaculatis, ac missalibus laceratis, vino acido, vel mucido, & an parati sint urceoli mundi cum petricula saltem testacea?

»An Tabella onerum Missarum in qualibet Ecclesia in sacristia appensa in loco patenti retineatur?

»An in eadem sacristia retineatur libri, non folia, que vento rapiuntur, in quibus eadem die, qua celebratz fuerunt, per eosdemmet Sacerdotes adnotentur Missæ celebratz? Et an servetur silentium, vel potius indecentia committantur?

»Mandatum, quod Sacerdotes exteri, aut vagi, qui cogniti non sunt, quoties cum licentia Episcopi, vel Vicarii admissi fuerint ad Sacrum faciendum, in libro scribant se tali die celebrasse, ad hoc, ut si forte falsos, & fictos Sacerdotes esse compertum fuerit, constare possit de corpore delicti per propriam confessionem.

»Qui sint Ministri, & quæ personæ admittantur ad inserendum Missæ?

»An celebrentur Missæ de mane ante auroram, vel post meridiem?

#### Legata Pia.

»An in loco visitato præter onera, & legata Missarum, adsint alia legata pia adimplenda?

»An de illis habeatur, & retineatur Nota in Cancelleria Episcopali, ac in libris Ecclesiæ, seu alterius Loci Pii visitati?

»An adimpleantur?

Doc-

#### Doctrina Christiana.

»An in Cathedrali, aliisve Ecclesiis Parochialibus reperiantur erectæ Sodalitates doctrinæ christianæ?

»An adsint peccatores publici, puta concubinarij, sortilegi, usurarii, blasphemij, lamia, conjuges separati absque judicio Ecclesiæ, retinentes, & legentes libros prohibitos absque licentia, evulgantes erroneas, & falsas doctrinas, ac damnatas ab Ecclesia propositiones?

»Confessarii tam seculares, quam Regulares absolverentur à reservatis absque Episcopi expressa facultate, hæretici, aut de hæresi suspecti?

»An in ecclesiis parochialibus, & aliis, in quibus Sodalitates sunt erectæ, edocentur pueri, & puellæ in his, quæ pertinent ad mysteria Fidei, & bonos mores?

»Hæc, inquam, regulariter, & substantialiter advertenda erunt in Visitatione, quæ omitti non debent. Ceterum juxta locorum, & ecclesiarum qualitatem, & exigentiam arbitrio prudentis Visitatoris, etiam alia plura erunt consideranda, & providenda; quæ videri ad saturitatem possunt apud Fusch. Restam, Pac. Jordan. Crispinum, & alios, qui de visitatione absolutos tractatus ediderunt.

»Omnia vero, quæ Visitator ordinaverit, ac decreverit, & adnotata esse conscribit, per Secretarium, sive Notarium Visitationis fideliter, & integre in libro referenda erunt: Quia libri hujusmodi plene probant, ut dixit Rot. coram Dunoza. Jun. dec. 61. num. 6. Paminol. dec. 10. num. 12. & alii adducti per Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 1. tom. 2. cap. 1. n. 6.

»Adduntur variz novissimæ Resolutiones Sacre Congregationis Concilii ad visitationem pertinentes. Et signantur in Bononiæ. Juris visitandi 2. Octobris 1721. in qua decisum fuit, quod potest Archiepiscopus Bononiensis jure delegato visitare Ecclesias unitas, & annexas Collegio Montalto.

»In S. Marci Plurium 16. Januar. 1723. ad 1. dub. ubi resolutum fuit, quod Episcopus potest per seipsum visitare diocesim quotannis, & etiam pluries infra annum, sed absque procuracione.

»In Lycien visitationis, & censurarum 29. Januar. 1724. & 23. Junii 1725. ubi quod Episcopus jure delegato visitare potest Ecclesiam ruralem, seu campestris S. Mariz Gallianj pertinentem ad Monachos Olivetanos.

»In Placentina 17. Augusti 1726. ubi quod Episcopus jure delegato visitare potest Ecclesiam campestris S. Mariz de Albiano Pontis Nurii spectantem ad Carmelitas Calceatos. Et jam Alexander VII. 4. incip. Posito Decreto: approbaverat declarationes Sacre Congregationis Episcopi & Regular. quod nempe Visitationi, & Jurisdictioni Ordinarii subsint Ecclesiæ Conventuum, & Capellæ Grantiarum, sive in eis degant Conversi pro agrorum cultura, sive non.

»In Montis Regalis 15. Martii 1727. ubi quod Episcopus visitare potest Capellam Ruralem sub titulo B.M. V. ad Nives in sua Diocesi in finibus loci Morolij, spectantem ad Monachos Casertianos.

»In Maceraten. 10. Maii 1727. ubi quod Episcopus potest jure ordinario visitare Confraternitatem sub invocatione S. Mariz Misericordiz in castro Urbisaglia, quavis Ecclesiæ sita sit in solo Basilicæ Lateranensis.

»In Spoletana Juris visitandi 30. Septemb. 1730. ubi quod Episcopus visitare potest capellam Confraternitatis Sanctissimæ Conceptionis in Ecclesia PP. Minorum Conventualium Terræ Montis Leonis, ad formam decreti in Nucerna Paganorum 25. Julii 1629.

»In Ravennaten. Visitationis 7. April. 1731. ubi propositis tribus sequentibus dubiis:

»I. An capella, & altare S. Antonii sita in Ecclesia PP. Minorum de Observantia Ravennæ subsit Visitationi Reverendissimi Archiepiscopi?

»II. An ornamenta, & suppellectilia ejusdem Altaris, & Capellæ spectantia ad eosdem Patres possint ab eo visitari?

»III. An ea spectantia ad Societatem S. Antonij, quæ in actu visitationis servantur in arca, aut in alio loco, visitari debeant in locis, in quibus asservuntur, seu potius asportanda sint intra capellam præfatam, ubique visitari?

»Sacra Congreg. Concil. die, & anno quo supra Respondit. Ad I. Affirmative ad formam Nucernæ. Ad II. Negative. Ad III. Possit visitari ubicunque servantur.

»In Murana Visitationis 21. Junii 1732. ubi ad 2. dub. An Episcopus visitare possit Altaria Sanctissimi Rosarii, & S. Francisci existentia in Ecclesia PP. Minorum Conventualium Oppidi S. Felicis, in casu &c. Sacra Congreg. Concil. Respondit. Ad II. Affirmative, ad formam resolutionis in Nucerna Paganorum, & amplius.

»Quam decreti in Nucerna Paganorum formam quia fere semper secuta est Sacra Congregatio, & signanter in Urbanion. Visitationis capelle 23. Septemb. 1690. ut in lib. 40. Decretor. pag. 657. in Firmiana Jurisdiction. 4. Augusti 1714. ad 1. dub. ut in lib. 14. Decretor. pag. 276. & pag. 303. in Spoletana juris visitandi 30. Septemb. 1730. ut in lib. 80. Decretor. pag. 290. & in Ravennaten. Visitationis 7. April. 1731. ut in lib. 81. Decret. pag. 144. & in dict. Murana Visitationis 21. Junii 1732. ideo pro regula affertur hic ad literam.

»In Nucerna Paganorum 23. Junii 1629. Sacra Congreg. Concil. inhærendo declarationibus illas factis, censuit, Confraternitates Laicorum in Ecclesiis Regularium exemptorum institutas subesse jurisdictioni, & visitationi Episcopi, illasque ab eo visitari posse, necnon illarum capellas in eisdem Ecclesiis Regularium existentes: In his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt; & si Confraternitatibus incumbit onus manutinenti altare, & villius cultum: Episcopus posse visitare circa ea, quæ respiciunt ipsam manutentionem, cultum, & ornamenta altaris, seu capellæ, onera Missarum, atque Divinorum Officiorum ibidem celebrandorum, & circa ea omnia, quæ ad obligationem eorumdem Confratrum relationem habent, ut in lib. 14. Decret. pag. 281. n. 15.

»Episcopi officio, & auctoritate, sive in visitatione, sive extra, providendi debet, quod Ecclesia, sive Secularis, sive Regularis, consueti prius aliquod speciale festum solemnizare, debeat in quasi possessione private quoad alias, quæ nequeunt tale festum eadem ipsa die celebrare, sed debent in aliam diem protrahere, maxime in parvis oppidis, ubi ratione contemporaneæ celebrationis in duplici Ecclesia, exoriri solent emulationes, contentiones, ac mutuz cum scandalo perturbationes, magis destructivæ, quam inductivæ populi devotionis, siquæ cum in parvis locis unica Ecclesia populi devotioni, ac pietati satisfacere possit, illa, quæ posterius Solemnitatem, ac festum paragere cepit, cedere debet alteri, quæ prius idipsum facere consuevit, ut per text. in l. Opus 3. ff. de oper. public. firmat Spada consil. 223. num. 5. tom. 3. Pignatell. tom. 3. cont. 69. sub num. 3. Nicol. in Flusculis verb. Festum sub n. 3. & 5. Card. Petra constitut. 1. Celestini III. sub num. 23. & sequent. tom. 2. Bichius dec. 486. sub num. 3. Bemerix Junior. dec. 1158. sub num. 1. & ex eis statuit Rota in Nullius Putiniani Præminentiarum coram Crescentio 7. Decemb. 1731. apud Scarfontanum ad Ceccopert. part. 3. in fine dec. 14. Et sic decrevit etiam Sac. Rit. Cong. in Romana 13. Junii 1697. & in S. Severinae festivitatis S. Crucis die 2. Julii 1712. in qua proposito dubio: An, & in qua Ecclesia Terra Cutri sit celebranda festivitas S. Crucis sub die 3. Maii? Resolutum fuit: Festivitatem die 3. Maii celebrandam esse solemniter à PP. Reformatis, die vero Donnicæ infra Octavam posse celebrari à Confratribus SS. Annunciatæ, apud Ursayam tom. 2. part. 2. discept. 5. num. 44. & per tot. ubi ad rem plures adducit resolutiones Sacre Congregationis Concilii, tum Episcopi, & Regular. tum Visitationis Apostolicæ, idem Rotæ Romanæ, & sic etiam in dict. tom. 2. part. 1. discept. 22. per tot. Notanter tamen dictum fuit: maxime in parvis oppidis, seu parvis locis, quia in magnis civitatibus, in quibus cessante mutui

im-

impedimenti, ac perturbationis periculo, ob distantiam Ecclesiarum, & populi multitudinem, ac frequentiam, permitti solet contemporanea celebratio ejusdem Festivitatibus in pluribus Ecclesiis juxta distinctionem, de qua Eminentiſſimus Petrus tom. 2. *Comment. ad const. 1. Celestini III. scilicet unic. sub num. 24.* qui undequaque doctrina, & virtute conspicuus, diebus, ac meritis plenus, æternæ memoriæ dignus, permittit regnaturus evolavit ad Superos die 22. Martii hujus anni 1747.

Denique superſt hic apponere quædam alia pro Minoribus de Observantia ad rem emanata à S. Congregatione Episcoporum, & Regularium decreta.

*Ordinis Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci.*

*Ut in Seraphico Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Regularis discipline vigor, & præsertim Religiosa Paupertas, uti par est, exacte custodiantur, abususque, si qui in nonnullis præfati Ordinis provinciis occasione visitationum earundem Provinciarum irrepserint, penitus in posterum eliminentur.*

SACRA Congregatio Eminentiſſimorum & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentiſſimo S. Clementis, provide consulere volens, statuit, atque decrevit: Quoad Provinciarum Visitatores & Commissarios omnino observari constitutionem Urbani VIII. pro restituendo, & conservando in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia disciplina Regularis candore editam, aliasque Apostolicas constitutiones, & statuta Generalia Ordinis à S. Sede Apostolica approbata; & signanter expresse mandavit, ne iidem Visitatores, & Commissarii, eorumque Secretarii, & socii sub quovis titulo, aut quavis colore, vel prætextu, etiam accessus, & recessus, neque pro se, neque pro eorum Conventibus, & Provinciis, munera, sive contributiones, nec in pecunia, nec in re aliqua à Provinciis, & Conventibus visitatis, aut visitandis, sive communium nomine, sive proprio, & particulari Religiosorum, accipiant, sed expensis tantummodo necessariis pro itinere, quæ modestiam, & paupertatem propriam ipsius Seraphici Ordinis decent, contenti sint. Quod si judicio Definitorii vestriario indigere viderentur, illud etiam non tamen in pecunia, sed in specie tantum, tam ipsi Visitatoribus, & Commissariis, quam eorum sociis subministrari valeat, fiatque dictarum expensarum subministratio modis licitis, & juxta proprii Ordinis Institutum. Quæ omnia præcipit, & respective prohibet sub pœna privationis vocis active, & passivæ, aliisque in constitutionibus Clementis VIII. & Urbani VIII. de largitione munerum, & in statutis Ordinis constitutis, quacumque consuetudine in contrarium, quam corruptelam esse declaravit, & aliis quibuscumque non obstantibus. Voluit autem, quod præsens decretum tradatur Patri Vice-Commissario Generali Cismontanæ Familiæ, & Procuratori Generali Ultramontanæ, per ipsos ad suas respective provincias transmittendum, & in earundem Regestis describendum: Et quod in quolibet Capitulo Provinciali ab ipsius Capituli præsidente legatur sub penis supra expressis ipso facto incurrendis: Quodque Definitorium tam vetus, quam novum cujuscumque Provincie transmittere debeat ad Ministrum Generalem, seu ad Commissarium, aut Vice-Commissarium Generalem juratam attestationem omnia supradicta, quantum ad eorum notitiam pervenire potuit, fuisse adimpleta. Romæ 14. Novembris 1710. = G. Cardinalis Carpineus. = F. Arch. Nicæus Secretarius. =

124. Visitatio Pastoralis, & executio decretorum in ea editorum Episcopis omnibus inculcatur: Benedic. XIV. tom. 1. constit. 2. incip. Ubi primum §. 8. & const. 140. incip. Gravissimum §. 18. In visitatione Pastoralis quam visitare possit Episcopus in Ecclesiis parochiali-

bus Regularium, declaravit: Idem in constit. 109. incip. Firmatis §. 7. Et quid cognoscere debeat circa vitam, & mores Parochi Regularis: Idem ibi §. 8. Vide supra ad verb. Episcopus, & ad verb. Regularis, ubi ad rem.

Visitatio Ecclesiarum Cathedralium, & diocesum Episcoporum Suffraganeorum à Metropolitanis fieri non permittitur, nisi de mandato Concilii Provincialis: Idem constit. 98. incip. Inter plures §. 18. Visitatio Limum Apostolorum, à quibus, quando, & quomodo fieri debeat: Vide supra ad verb. Limina Apostolorum. Et insuper observa ut sequitur.

Instructio Sacr. Congregationis Concilii pro Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, super modo considerandi Relationis statuum suarum Ecclesiarum, quas occasione Visitationis statuum Limum, eidem Sac. Congr. exhibere tenentur.

Summus Pontifex Sixtus Papa Quintus, qui tempora statuit, quibus singuli Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ per seipsos, vel per eorum certum Nuntium visitare tenentur Limina Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli, antiquissima observantia inhaerendo, nedum voluit, ut ultra Sacrorum Limum visitationem, Romano pro tempore Pontifici de toto eorum pastoralis officio, & de rebus omnibus ad ipsarum, quibus præsent, Ecclesiarum statum, ad Cleri, & Populi disciplinam, animarum denique, quæ illorum fidei creditæ sunt, salutem quovis modo pertinentibus, rationem redderent, uti fusi habetur in prædicti Pontificis constitutione, quæ incip. Romanus Pontifex: sed in alia etiam constitutione, quæ incip. Immensa æterni Dei: Sacra Congreg. præposita Interpretationi Sacrosancti Concilii Tridentini curam demandavit, prædictam rationem, quæ dicitur Relatio status Ecclesie, pendendi, & examinandi, ac postulandi in eadem proponendis respondendi.

Sixtina hæc constituit. suo non caruerunt effectu, tum quoad Sacrorum limum visitationem, tum quoad Relationem statuum Ecclesiarum, sed cum nulla unquam edita fuerit instructio pro dictis Relationibus exarandis, factum hinc est, ut aliquæ ex eis aliquando fuerint exhibitæ abundantes in superfluis, & aliquæ aliquando deficientes in necessariis: cumque ad hæc averrenda, in Synodo Romana, hoc anno 1725. à Benedicto Papa XIII. habita in Basilica Lateranensi præscriptum sit, ut instructio hæcenus omisa à Sacra Concilii Congregatione ederetur; hæc idcirco instructio publici juris fit, ut in Relationibus statuum suarum Ecclesiarum ad eandem Sacram Congregationem in posterum transmittendis, curent Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ, ipsi se conformare, & suas Relationes ad quædam distincta Capita reducere, quorum primum ad statum Ecclesie materiale: Secundum ad personam ipsius Referentis: Tertium ad Clerum Seculare: Quartum ad Clerum Regularem: Quintum ad Moniales: Sextum ad Seminarium: Septimum ad Ecclesias, Confraternitates, & Loca Pia; Octavum ad populum: & ultimum denique referatur ad Postulata, quæ ab ipso Referente Sacræ Congregationi proponuntur.

§. I. De primo Relationis Capite, pertinente ad Statum Ecclesie materiale.

In hoc primo Relationis capite sequentia erunt exponenda.

- I. Institutio.
- II. Confinitio.
- III. Privilegia, & prærogative Episcopatus, Archiepiscopatus, aut Patriarchatus.
- IV. Numerus civitatum, oppidorum, aut locorum, qui Episcopatus, Archiepiscopatus, aut Patriarchatus subjeti sunt.
- V. Status Cathedralis, Metropolitana, aut Patriarchalis Ecclesie, una cum numero Canonicorum, & aliorum servitio Chori additorum, & an æredie fuerint Præbende Penitentiarie, & Theologalis.

Sta-

§. III. De tertio capite ad Clerum Secularem pertinentes 134

In hoc capite exponendum erit:

I. An Canonici, ceterique choro additi Cathedralis, Metropolitana, aut Patriarchalis Ecclesie, necnon Collegiarum, Choro jugiter intersint?

II. An, ultra Matrimonium, Laudes, ceterasque alias horas canonicas, quolibet die celebrent Missam Conventualem?

III. An quolibet die eam applicent pro Benefactoribus?

IV. An suas habeant constitutiones, & eas punctualiter observent?

V. An, qui obtinent Præbendam Penitentiarum, aut Theologalem, adimpleant quæ adimplenda sunt, & quomodo?

VI. An Parochi in suis parochiis resident?

VII. An librum Matrimonii, & Baptizatorum, aliasque libros, quos ad normam Ritualis Romani retinere debent, retineant?

VIII. An aliqui ipsorum indigeant aliorum Sacerdotum opere, ut Sacramenta Populo administrant?

IX. An iidem per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis & festis sollempnibus, plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate, pascant salutaribus verbis docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, juxta monitum Tridentini, & præcæti Concilii Romani?

X. An saltem Dominicis, & aliis Festis diebus, in suis parochiis, Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & Parentes, ceterosque hoc adjutorio indigentes doceant; & an, & qui eis operam præstent in hoc opere adimplendo, & an fructuose hoc opus adeo necessarium in singulis parochiis proficiat?

XI. An singuli Parochi, ceterique curam animarum exercentes singulis Dominicis, Festisque de præcepto, missam applicent pro Populo eorum Cura commissio?

XII. An, & que præmittantur, antequam quis ad primam Tonsuram, & Minores Ordines admittatur, & an Sacris Ordinibus initiandi, ante cujuscumque Ordinis Sacri receptionem piis meditationibus, vulgo spiritualibus exercitiis, vacent per aliquos dies in aliqua Domo Religiosa?

XIII. An omnes prædicti vestes jugiter deferant Clericales, & an quoad fori privilegium, serventur disposita à Sacrosancta Synodo Tridentina sess. 23. cap. 9. de reformat. & à constitutione Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Pape XIII. in eodem Concilio Romano emanata?

XIV. An habeant Conferentie Theologicæ Moralitæ, seu casuum conscientie, & etiam Sacrorum Rituum, & quot vicibus habeantur, & qui illis intersint, & quanam profectus ex illis habeatur?

XV. Quanam sint mores Cleri secularis, & an aliquod in eo adsit scandalum, quod remedio indigeat potentiori?

§. IV. De quarto capite ad Clerum Regularem pertinentes. 135

In hoc capite exponendum erit:

I. An Regulares, Curam animarum exercentes, qui episcopali jurisdictioni, visitationi, & correctioni subsumunt in iis, quæ ad Curam pertinent, & administrationem Sacramentorum, munus sibi commissum fideliter adimpleant; juxta ea, quæ in præcedenti capite dicta sunt de Parochis secularibus?

II. An aliqui Regularis extra monasterium degat: an aliqui adsint in diocesi, à suis Superioribus, servatis servandis, ejecti, vel aliqui fuerint Regularis intra claustra monasterii degens, sed qui extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo fuerit, & quomodo in hinc casibus in sic delinquentes animadvertentis?

III. An sua jurisdictione delegata usus sit in exploranda visitatione Conventuum, & Grangiarum monasteriorum, in quibus Religiosi non aluntur in numero à Sacris Consti-

Et

VI. Status Ecclesiarum Collegiarum una cum numero pariter Canonicorum, & ceterorum, qui Choris earum intersunt, & an in Collegiatis erecta sit Præbenda Theologalis?

VII. Status & numerus Ecclesiarum Parochialium, necnon aliarum Ecclesiarum, & Oratoriorum in Episcopatu, Archiepiscopatu, aut Patriarchatu existentium, referendo signanter, an Cathedralis, Metropolitana, aut Patriarchalis, & Collegiata, Oratoria, necnon Patriarchales, ceteraque Ecclesie sint sacris suppellectilibus instructæ, & quanam ex eis habeant redditus pro fabrica assignatos.

VIII. Numerus monasteriorum tam Virorum, quam Mulierum; exprimendo, an aliqua ex monasteriis Virorum sint subiecta sue jurisdictioni; & an, & que Mulierum monasteria sibi subiecta sint, vel Prælati Regularibus?

IX. An adsit in diocesi Seminarium Clericorum, quot Clerici in eodem alantur, an fuerit statuta taxa, & in qua quantitate, & an aliqua beneficia fuerint eidem unita, & in universum quanam & quot sint redditus prædicti Seminarii?

X. Numerus Hospitalium, Collegiorum, Confraternitatum, & aliorum Locorum piarum, quæ sunt in Episcopatu, Archiepiscopatu, aut Patriarchatu, & quanam sint eorum redditus?

XI. An adsint Montes Pietatis, & quot sint, una cum aliis similibus ad statum materiale Ecclesie spectantibus; cum advertentia tamen, ut plena status materialis Relatio in prima Relatione tantum, quæ fit ab Episcopo, Archiepiscopo, aut Patriarcha exhibeatur, in subsequentibus etiam Relationibus satis erit, quod ipsi se referant ad primam, nisi aliquid novi pertinet ad dictum statum materiale contigerit; quod Referens notificandum Sacræ Congregationi existimaret.

§. II. De secundo Relationis capite pertinente ad ipsam Episcopum, Archiepiscopum, Primatem, & Patriarcham.

In hoc capite exponi debet:

I. An residentia præceptum à Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, & constitutione Urbani præscriptum, adimpleverit; & an aliquo, & quo tempore abfuerit, & an ultra Montes Conculares, & an cum, vel sine Sedis Apostolicæ licentia?

II. An & quoties diocesis sibi commissa visitationem expleverit?

III. An, per se, vel per alium Episcopum, Sacras Ordinationes expleverit, & Sacramentum Confirmationis administraverit.

IV. An & quoties synodum diocesanam coegerit; & si Episcopus nulli Archiepiscopo subiectus sit, an ad Synodum Provinciale ejus Archiepiscopi quem ad tramites Tridentini eligere tenetur, ut ejus Synodo Provinciali intersit, accesserit; & si sit Archiepiscopus, an Synodum Provinciale habuerit; & quanam Suffraganei eidem intersuerint?

V. An Verbum Dei per seipsam prædicaverit, & an legitimo concurrente impedimento, viros idoneos assumpserit ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum?

VI. An habeat Depositarium panarum, & mulierum pecuniarum, & an eadem fuerint piis usibus applicatæ?

VII. Quanam Taxa, & an Innocentiana in sua Cancellaria observetur? (Verb. Cancellaria, & Notarius.)

VIII. An aliquod habeat, quod sibi obtinet circa exercitium Episcopalis Officii, jurisdictionis ecclesiasticæ, necnon tuendæ libertatis, & immunitatis Ecclesiarum?

IX. An aliquod pium opus pregerit pro Ecclesia, pro Populo, aut pro Clero?

rationibus praefixo, & quinam sint Religiosorum mores in dictis Conventibus, & Grangiis degenitum?

IV. Denique, an aliquod habeat cum Regularibus of-fendiculum in exercitio jurisdictionis delegatae in illis ca-sibus, in quibus eadem ipse tributa est a Sac. Concilio Tri-dentino, vel a Summarum Pontificum constitutionibus, & signanter a Bulla Clementis Papae X. que incipit Superna?

136 §. V. De quinto Relationis capite ad Moniales pertinente.

In hoc capite exponendum erit:

I. An Moniales, Episcopo subiectae, suas serbent constitutiones?

II. An clausura in earum monasteriis inuoluate cus-todiatur?

III. An aliqui abusus in iisdem monasteriis irrepre-runt, qui consilio, aut auxilio Sacrae Congregationis in-digeant?

IV. An praeter ordinarium Confessorem, alius ex-traordinarius ab ipso bis, aut ter in anno fuerit oblatu-s?

V. An dictorum monasteriorum redditus fideliter ad-ministrantur, & Monialium dotes fuerint perolutae, & quomodo erogatae?

VI. An in monasteriis Monialium, que sunt Prelatis Regularibus subiecta, curauerit, ut clausura dictarum Sanctimonialium fuerit exacte obseruata, & an contra inobedientes, & contradiatores, per Censuras Ecclesiasti-cas, & alia iuris remedia processerit?

VII. An harum Monialium Confessarii Regulares, si-ue ordinarii, siue extraordinarii, fuerint ab ipso appro-bati, antequam earum Confessiones exceperint?

VIII. An, additis Superioribus Regularibus, singu-lis annis exegerint rationem administrationis ab his, qui administrantur bona pertinentia ad hoc Monialium mo-nasteria Regularibus subiecta: & an fideliter eorum red-ditus administrantur, & alia fuerint adimpleta, quae praes-cribuntur in Bulla Gregorii XV. que incipit Inscrutabili?

137 §. VI. De sexto Relationis capite, pertinente ad Semi-narium.

In hoc capite exponendum erit:

I. Quot sint in Seminario Alumni?

II. An in ecclesiastica disciplina recte instituantur?

III. Quibusnam studiis vacent, & quo profectu?

IV. An Cathedrali, & aliis locis Ecclesiae diebus festis inseruiant?

V. An cum consilio duorum Canonicorum seniorum a se electorum, necessaria pro recto regimine statuerit?

VI. An illud aliquando uisitet, & operam dei, ut constitutiones adimpleantur?

VII. An statuta sit Taxa ad tramites Concilii Triden-tini, eademque exigatur, & an aliqui sint morosi in ejus solutione?

138 §. VII. De septimo capite, ad Ecclesias, Confraternita-tes, & loca pia pertinente.

In hoc capite exponendum erit:

I. An in sacristiis omnium, & singularum Ecclesia-rum exposita sit tabella onerum Missarum, & Anniver-sariorum ad tramites decretorum san. mem. Urbani VIII. & an eis punctualiter satisfacta sit?

II. An in Confraternitatibus, Scholis, aliisque Locis Pii, punctualiter executioni mandentur pia Opera, a Testatoribus iniuncta?

III. An quolibet anno sibi fecerit reddi rationes ab ho-rum locorum administratoribus?

IV. An Montem Pietatis, siue Charitatis uisitauerit & an idem habeat redditus, qui superabundant sustenta-tionem Ministrorum, alique necessarii expensis, & in quas causas redditus illi erogentur, & si quid exigatur ab illis, qui pecuniam, aut frumentum, si agatur de Monte frumentario, ab eo recipiunt?

V. An Infirmorum hospitalia uisitauerit, reddituum rationes ab Administratoribus exegerit, & an Infirmis necessaria quoad salutem animae, & corporis in eis sub-ministrantur?

§. VIII. De octavo Relationis capite, ad Populum per-tinente.

In hoc capite exponendum erit:

I. Quinam sint Populi mores, & an in pietate profi-ciat?

II. An aliquis irrepperit abusus, aut prava quaedam in eodem inoleuerit consuetudo, quae consilio indigeant, & Sedis Apostolicae adiutorio?

§. IX. De ultimo capite ad Postulata pertinente.

Ultimo loco Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & 140 Patriarchae, qui suarum Ecclesiarum Relationes ad Sa-cram transmittunt Congregationem, si que habent Pos-tulata proponenda pro suarum regimine Ecclesiarum, pro-ponere poterant, cum clara facti, & omnium circumstan-tiarum expressione; & quatenus Postulata spectent ad negotia forensia, exponant, an ea sint in aliis tribu-nalibus introducta, an adint super iisdem aliorum tri-bunalium sententiae, exponant, ut omnibus mature pensatis, possit Sacra Congregatio congruum suppeditare predictis Pos-tulatis responsum.

Et haec sunt, quae opportuna visa fuerunt, ut in hac 141 Instructione inserantur. Quod si aliqua fuerint, quae Epi-scopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchae pro sua-rum indigentia Ecclesiarum, atque diocesium, addenda existimauerint, sciatis sibi liberum esse addere quae ipsis addenda uidebuntur, & ad uisitum Sacrae Congreg. de-ferre, quae ex charitatis, & iustitiae norma per se expe-diet, quae poterit, & maiora ad Summum Pontificem de-feret, qui Fratribus suis Episcopis, quantum cum Domi-no licet, gratificari semper exoptabit. — C. Card. Ori-gus Praefectus. — Loco Sigilli. — P. Archiepisc. Theodorice Secret.

Visitatio Officiorum Tabellionatum, & Actorum 142 in Urbe indicitur, & omnibus iudicibus commenda-tur; Benedicti XIV. constituit. 48. incip. Ad Militan-tis §. 49. Visitationum facultates ad tramites iuris, & 143 literarum Innocentii XII. editarum sub die 16. Janua-rii 1693. reducuntur; Idem constit. 44. incip. Quan-tum §. 20. Visitatores pro ciuitates, & dioceses sunt 144 deputandi ad fouendum opus doctrinae christianae; Idem constit. 42. incip. Etsi minime §. 16.

Visitatio diocesis quotannis est peragenda, vel sal-tem quolibet biennio, si sit ualde ampla; Idem de sy-nodo diocesana lib. 2. cap. 9. num. 4. Immo Episcopus 145 potest ipsam diocesim uisitare toties, quoties opus fue-rit; Idem ibid. Vide supra num. 18. & 21. Unica tamen 147 dumtaxat debetur ei procuratio pro eodem anno, quo pluries diocesim uisitat, ut declarauit Sacra Congreg. Concilii die 19. Septembris 1682. quae ad dubium: An Episcopus, qui si commode fieri possit, diocesim suam quotannis uisitare tenetur, possit huiusmodi uisitacionem facere per mensem, vel circiter antequam labatur integer annus a die peracta ultima uisitacionis, vel potius de-beat expectare, quod anni circulus integre compleatur, ita ut intra singulis cuiuslibet anni cursum una tan-tum uisitatio fiat? Respondit: Affirmative, sed non posse recipere procuracionem, neque uisualia, nisi se-mel in anno. Et sic etiam in Polycastrum. Procuracionis die 1. Junii 1737. ubi ad quesiunt: An Episcopus non completo anno ab ultima uisitacione, possit iterum eandem Ecclesiam uisitare, & aliam procuracionem a uisitandis exigere? Respondit: Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam.

Procuratio autem exigenda in uisitacione debet esse moderata, & honesta; Idem ibid. num. 5. Et Vica-rius Capitularis, seu Vicarius Generalis, uel alius sub-stitutus, qui non sit Episcopus, non potest exigere, ni-si medietatem procuracionis dari solite Episcopo; Idem ibid.

ibid. & pluries decreuit Sacra Congregatio; Vide verb. Procuratio num. 17. & 18. ubi aliterunt decreta, & dicta supra n. 80. & per tot.

150 Aduertendum est, quod in Guardian. exortis plu-ribus controversis circa Jurisdictionem, quam Episcopus Guardianis afferrebat, sibi competere in oppido Aqueuivae ad Commendam S. Primiani Religionis Hierosolymitanae; proposita, & resoluta fuerunt plura dubia, ut sequitur.

I. An Episcopus Guardian. in uisitacione Eccle-siae S. Joannis oppidi Aqueuivae possit etiam uis-itare libros parochiales ad curam Animarum, & Sacramentorum administrationem spectantes, sci-licet Baptizatorum, Confirmatorum, & Defunctorum?

II. An dictus Episcopus uti Sedis Apostolicae dele-gatus corrigere possit Parochum, aliosque dictae Ecclesiae Ministros tam in actu uisitacionis, quam extra?

III. An possit, ut supra, inquirere contra dictos Parochum, & Presbyterum non tantum in con-cernentibus curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, sed etiam in aliis causis civili-bus, & criminalibus, & in omnibus circa eorum correctionem civilibus, & mixtis? Et quatenus af-firmative.

IV. An in casu impediti procedere possit cum censuris contra impeditos, tam Commendata-rium, quam Ministros?

V. An possit mandare in actu uisitacionis, ut cali-ces, & decencia paramenta ad decorem adminis-tracionis provideantur?

VI. An cognitio status liberi eorum, qui Matrimo-nia contrahunt in dicto oppido, & literas eis dare, spectet ad Episcopum?

VII. An facere testamentum uulgo dictum dell' Ani-me iuxta solitum diocesis spectet ad Episcopum?

VIII. An Episcopus tam in actu uisitacionis, quam extra procedere possit contra Laicos, Commendatarium, & Ministros dicti oppidi pro delictis ad Curiam Ecclesiasticam spectantibus, v.g. usuris, concubinatus, percussione Clericorum, inob-seruancia dierum festorum, usurpatione jurisdic-tionis Episcopalis &c. & in tali casu censuris ec-clesiasticis uti? (In sup. tom. 10. pag. 42.)

IX. An tueri immunitatem ecclesiasticam in dicto oppido spectet ad dictum Episcopum, etiam ad-versus Commendatarium, & Ministros, ita ut eos valeat declarare excommunicatos?

X. An sit manutenendus Episcopus in quasi pos-sessione decernendi Monitoria in dicto oppido pro deperditis?

XI. An spectet ad Episcopum prestare consensum alienationi bonorum dictae Ecclesiae, vel al-terius Loci Pii iuxta terminos cap. Terrulas 12. quast. 2.

XII. An possit destinare Concionatorem in dicto oppido, & cogere Communitem ad solvendam mercedem iuxta solitum diocesis?

XIII. An spectet ad Episcopum praestare licentiam concionandi in dicto oppido?

XIV. An Parochus dicti oppidi sese absentare pos-sit a Parochia ultra terminum a Sacro Concilio praefixum sine licentia Episcopi?

XV. An dicti Parochus, & ceteri Presbyteri ser-uiantes Ecclesiae teneantur accedere ad synodum diocesanam Episcopi? Hae die 5. Septemb. 1693. responsum fuit: Manuendum esse Episcopum in omnibus.

Postmodum uero cum ad instantiam Commendata-rii, qui noue Audientie beneficium impetraverat in illis, quae respiciebant jurisdictionem impetraverat in delegata circa curam Animarum, die 15. Januar. 1695. discussa fuerunt alia, quae sequuntur, dubia, uidelicet.

1. An Episcopus Guardian. possit inquirere contra Parochum Ecclesiae oppidi Aqueuivae non tantum in concernentibus curam Animarum, & Sacra-

FERRAR. BIBLIOTHECA. TOM. IX.

mentorum administrationem, sed etiam aliis cau-sis civilibus, & mixtis? Et quatenus affirmative?

II. An in casu impediti procedere possit cum censuris contra impeditos tam Commendata-rium, quam Ministros?

III. An dictus Episcopus tam in actu uisitacionis, quam extra procedere possit contra Laicos Com-mendatarium, & Ministros dicti oppidi pro delictis ad Curiam Ecclesiasticam spectantibus, v. g. usuris, concubinatus, percussione Clericorum, inob-seruancia dierum festorum, usurpatione jurisdic-tionis episcopalis &c. & in tali casu Censuris Ecclesiasticis uti? (Vid. sup. §. VIII.)

IV. An tueri immunitatem ecclesiasticam in dicto oppido spectet ad dictum Episcopum etiam ad-versus Commendatarium, & Ministros, ita ut va-leat eos declarare excommunicatos?

V. An sit manutenendus in possessione decernendi Monitoria pro deperditis in dicto oppido?

VI. An ad ipsum spectet prestare consensum alienationi bonorum dictae Ecclesiae, vel alterius Lo-ci Pii iuxta terminos cap. Terrulas 12. quast. 2.

VII. An destinare Concionatorem in dicto oppido, & cogere Communitem ad solvendam mercedem iuxta solitum diocesis?

VIII. An praestare licentiam concionandi in eodem oppido?

IX. An dare licentiam Parocho abessendi?

X. An dictus Parochus, & ceteri Presbyteri inser-uiantes Ecclesiae teneantur accedere ad Synodum diocesanam Episcopi?

XI. An literae Remissoriales, & compulsoriales fa-uore Commendatarii sint concedenda?

Rescriptum autem fuit: Ad I. In decisis. Ad II. Affir-mative. Ad III. Affirmative, exceptis Commendatario, & aliis Ministris habentibus tria requisita. Ad IV. & V. Affirmative. Ad VI. Affirmative, praeterquam quoad bona Religionis. Ad VII. Affirmative, & quoad coactionem ad solvendum seruerit solitum. Ad VIII. & IX. Affirma-tive. Ad X. In decisis quoad Parochos, & Beneficiarios, quo uero ad alios, dilata, & ad mentem. Ad XI. Negati-uae quoad remissoriales, & affirmative quoad compul-soriales.

Praeterea cum disceptatum fuerit: An Oeconomus 153 Ecclesiae Parochialis S. Mariae Esther Commenda S. Joannis Hierosolymitani Oppidi Aqueuivae Collis de Cruce li-ceat conjugere in Matrimonium Parochianos dictae Ecclesiae absque probatione status liberifaciendarum Epis-copo Guardiani, & sine illius licentia? Die 12. Aprilis 1710. prodiit resolutio Negative.

Postremo, discussis quatuor hisce dubiis: I. An 154 Episcopus Guardian. possit exigere subsidium charitati-uum ab Ecclesia S. Joannis Aqueuivae? II. An dictus Episcopus possit exigere Cathedralicum, seu Synodali-cum a dicta Ecclesia, ejusque Parocho? III. An idem Episcopus in actu uisitacionis faciendae in dicta Ecclesia possit exigere procuracionem? IV. An dictus Episcopus in eadem uisitacione possit recognoscere libros adminis-tracionis bonorum ejusdem Ecclesiae, ejusque rationem petere? Sub die 14. Novembris 1733. rescriptum fuit Ad I. II. & III. Negative. Ad IV. Affirmative jure de-legato.

Verum quia tam aduersus postremam hanc Reso-lutionem modernus Episcopus, quam contra praecedentes sibi contrarias Eques Antonius Cedronius dictae Commendae possessor nouae Audientiae beneficium impetrarunt; Idcirco ad extinguendas contentiones, quae inter eundem Episcopum, & Commendatarium dicti oppidi Aqueuivae in dies obstantur, proposita sequenti dubio: An, quae, & super quibus Episcopo Guardiani competat jurisdic-tio in Commenda, seu oppido uallis uivae Collis Cruce, & Parochiali Ecclesia S. Mariae Esther, ita ut sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 5. Sept. 1693. 15. Jan. 1695. 12. Apr. 1710. & 14. Nov. 1733. Sacra Cong. Conc. die 3. Maii 1736. in Guardian. Respondit: Praeuiocetur a Decisis die 14. No-uemb. 1733. In reliquis in Decisis. Unde, ut uides, ex

Re 2

no-

BIBLIOTECA CENTRAL

noviter deductis recessit ead. Sac. Cong. Conc. à *decisis in Guadalen. die 14. Nov. 1733.*

156 \* Episcopo non prohibetur quidem bis quotannis diocesim suam visitare, sed nonnisi unam tantummodo per annos singulos procuratorem exigere potest, ut ex pluribus Sac. Congregationis decretis de *synodo diac. lib. 7. cap. 53. §. 5.*

157 Episcopi omnes ex vi constitutionis *Romanus Pontifex à Sixto V. editæ, antequam consecratur, si Romæ existant, in manibus S. Rom. Ecclesiæ primi Diaconi Cardinalis, extra Curiam vero in manu Antistitis ad hoc delegati ex formula præscripta, jurant se statis temporibus limina Sanctorum Apostolorum visitaturos per se, sive legitime impeditos per aliquem è suo Capitulo, vel alium in dignitate ecclesiastica constitutum, vel beneficio præditum, & si hi defuerint, per Sacerdotem aliquem diocesanam secularem, vel Regularem.*

158 Tunc autem Romano Pontifici rationem reddere tenentur de Pastoralis Officio impleto, & iis omnibus, quæ ad suam diocesim pertinent. Sacræ autem Congregationis Concilii injunctum est munus, ut postulata Episcoporum illorum discutiat & det illis responsa, si-cuti, & videndi num legitime sint impediti. *Ibid. lib. 16. cap. 6. §. 11. Novæ edit.*

159 Tempus, intra quod obunda est ista visitatio, aliis quidem longius definitum est, aliis brevius, sed non minus quam triennium, nec supra quadriennium. *Ibid. §. 3.* Porro si Episcopus habeat Coadjutorem ab Apostolica Sede datum, sufficit si Coadjutor nomine Episcopi adeat, sicut etiam sufficit si mittatur administrator episcopatus, qui debet visitare limina suo, & principalis sui nomine, ut ex *decisis à S. Congr. ibid. §. 5.*

160 Id etiam præstandum est ab Episcopo titulari, ut ex *Fagnano, aliisque probatur ibid. §. 5.*

161 Denique nec eximuntur Episcopi Ecclesiarum suburbicariarum, quamvis exempti sunt à residentia. Ita ex decreto *Consistoriali Alexandri VII. Ibid. §. 6.*

162 ¶ Gravissima hic se offert questio, an ex *Concilio Tridentino sess. 24. cap. 9. de Reformat.* Loca nullius diocesis visitari queant ab Episcopo quâ Apostolico delegato, cujus Cathedralis Ecclesia est proximior.

163 Una omnium sententia est, Ecclesias nullius Regulares visitari haud posse. At quoad Ecclesias nullius Seculares, sunt qui distinguunt inter Ecclesias *Nullius* proprie, ut sunt jam à diocesi separatæ, in quibus Prælati inferior habet omnimodam quasi Episcopalem jurisdictionem, & Ecclesias *Nullius* improprie, ut sunt positæ intra fines diocesis, in quibus Prælati inferior habet quasi episcopalem jurisdictionem, sed non omnimodam. Visitari autem posse illas negant, hæc vero affirmant *Ciarlin. contro. 67. num. 25. lib. 1. & contro. 22. num. 112. & seq. lib. 2. Ros. de residen. Episc. cap. 4. sect. 6. num. 483. & sequent. Crispin. de visitat. part. 1. §. 23. num. 40. Manent. de potest. Episcop. pal. part. 3. cap. 6. num. 2.*

165 Alii absolute affirmant jus esse Episcopo ex mox citata Conciliari sanctione visitandi Ecclesias nullius etiam proprie; *Fagnan. in cap. Grave num. 21. de Offic. Ordinari. Barbos. ad Concil. Trident. d. sess. 24. dist. cap. 9. num. 2. & seq. de Reformat. clar. mem. Cardinal. Petra in commentar. ad constitut. Apostol. const. 4. Calixti III. num. 141. & sequent. aliique.* Et huic opinioni videtur adhæsisse *Rotam in Nolana Beneficiorum 25. Junii 1759. cor. Rev. P. D. Parracciano Decano.*

166 Mihi autem magis arduæ prior opinio distinguens Ecclesias *Nullius* proprie inter ac *Nullius* improprie. Hujusque opinionis plures, æque solidæ & ineluctabiles asseri possent rationes, sed ea hic sufficiat, quæ ex ipsis verbis Concilii Tridentini *dist. sess. 24. dist. cap. 9. de Reformat. desumitur.* Verba sunt: *Que alias &c. de adhibenda ab Ordinariis diligentia in Beneficiorum etiam exemptorum visitatione constituta sunt, eadem etiam in illis Ecclesiis secularibus observantur, quæ in Nullius diocesi esse dicuntur, ut ab Episcopo cujus Cathedralis est proximior visitentur.* Satis enim hinc patet, quod Concilium Tridentinum de Ecclesiis loquitur non quæ vere & proprie *Nullius* sunt. Si enim loqueretur de Ec-

clesiis, quæ vere, & proprie sunt *Nullius*, inquitisset non in *NULLIUS* DIOECESI ESSE DICUNTUR, sed in *NULLIUS* DIOECESI EXISTUNT, nam aliud est EXISTERE IN *NULLIUS* DIOECESI, aliud in *NULLIUS* DIOECESI DICI, denotatque primum PROPRIETATEM, ac VERITATEM, secundum vero IMPROPRIETATEM, ET ABUSUM, ut monet *Rebuff. in Leg. 3. §. Ejus qui, ff. de Verbor. sign.*

Quid plura? Satis esse debet ea qui in *S. Congr. 168* Episcoporum, & Regularium negotiis præposita, tum in altera Concilii interprete obtinet praxis committendi quandoque Episcopo viciniore, ut visitet loca hæc vere, & proprie *Nullius*, in quibus Inferior Prælati habet omnimodam jurisdictionem quasi episcopalem ad trames facultatum ipsi communicatarum, ut testatur Cardinalis de *Luca in adnot. ad Concil. Tridentin. discurs. 15. num. 10. Crispin. de Visitat. part. 1. §. 13. num. 40.* Quomodo enim asseri potest, Concilium Tridentinum Episcopo viciniore quâ delegato Apostolico potestatem fecisse visitandi mox dicta loca, si viciniore Episcopus visitare ea nequit jure suo, sed opus habet missione alterutrius Sac. Congr. nec transilire valet limites facultatum ipsi communicatarum?

Quod vero attinet ad decisionem *Rotæ in Nolana 170* *beneficiorum 25. Junii 1759. coram Reverendis. P. D. Parracciano Decano,* satis esset, quod ea est contumacialis; Sed accedit hoc amplius, quod denuo proposita causa *die 3. Martii 1760. cor. eodem* Sacro Tribunali, nil definire voluit de hoc articulo; Confer *hanc decisionem.*

VITA COMMUNIS.

VITA communis in primitiva Ecclesia servabatur ab omnibus fidelibus, quorum erat cor unum, & anima una, & illis erant omnia communia, ut expresse habetur *Astor. cap. 4. num. 32. ibi: Multitudinis unum credendum erat cor unum, & anima una, nec quicumque eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Primi enim illi fideles possessiones, & substantias suas vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat, & ut ab Apostolis disponebatur, nihil proprii sibi retinentes, & omnia communia habentes. *Astor. cap. 11. num. 44. & 45. ibi: Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones, & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.* Et id totum refertur in *cap. Dilucidissimis 2. & cap. Simus 9. caus. 12. quest. 1. ibi: Scimus vos non ignorare, quod hætenus vita communis inter omnes Christianos viguit.*

Hoc vite communis genus frigescente Latorum fervore in Clericis continuavit, ex quo nomen Canoniorum effluxit promiscue à Clericis usurpatum: Canonici etenim dicuntur Clerici in fraternitate, prout certe erant omnes Clerici in primitiva illa Ecclesia, ut erudite more suo observat Eminentissimus *Petra tom. 1. Comment. ad constitut. 2. Paschalis II. num. 3.* cum ipsis esset præceptum, ut *districte, ac canonicè viverent, prout habetur in cap. Quoniam 14. caus. 12. quest. 1.* in cujus Summario sic præcisè dicitur: *Diaconi, vel qualibet Religiose persona Regularem vitam ducere cogantur.* Canon enim Græcè, Latine *Regula nuncupatur,* textu expresso in *cap. Canon 1. dir. 3.* Unde *S. Dionysius Carthusianus tract. de vita Canonicali,* sic expresse dicit: *Clerici vocantur Canonici, quoniam Regularem, & rectam tenentur ducere vitam, vitiorumque obligatæ vitando, sinceriter gradari iuxta præfisa eis à sanctis Patribus instituta.*

Reservatus tamen exinde fuit talis vivendi usus apud Clerum Ecclesiarum Cathedralium una cum Episcopo vitam ducentem communem in claustris prope Ecclesiam constructis. Sic expresse *d. Card. Petra loc. cit. num. 4.* & clare habetur *ex cap. Necessaria 3. cit. caus. 12. quest. 1. ibi: Necessaria etenim res existit, ut iuxta Ecclesiam claustra constituantur, in quibus Clerici dis-*

disciplinis ecclesiasticis vacent, utque omnibus unum sit Refectorium, ac Dormitorium, seu cætera officina ad usus Clericorum necessaria; Ministri vero possint Episcopum super eos elegantur, & cap. Certe 18. ead. caus. & q. ubi refertur *S. Augustinus sic loquens: Certe Ego sum, qui statueram nullum ordinare Clericum, nisi qui mecum vellet manere.*

Collabescere tamen fere apud omnes hoc pio, & sancto communiter vivendi Instituto, plurimi Sancti Patres, Patriarchæ, & Fundatores afflati Sancto Spiritu varias instruere Religiones, assignatis, ac traditis suis Alumnis peculiaribus Regulis, sub quarum observantia in perfecta, & exacta vita communi magis, ac magis in studio virtutum in dies proficerent; sique collapsa Apostolica vite communis forma, ac Regula in pristinum restitueretur, ut restituta, ac per universum Orbem diffusa specimina virtutum, ac maxima sanctitatis incrementa Regularibus claustris quotidie prodigens Deo dante conspiciatur.

Hinc omnes Regulares utriusque sexus tenentur ad perfectam, & exactam vitam communem in omnibus, & per omnia, & ad observantiam Regulæ secundum suam primævam institutionem, textu expresso in *Concil. Trid. sess. 25. de Regularibus cap. Cum causam 27. de Election. cap. Ad Nostram 3. de appellat. cap. Super eo 9. & cap. Ex parte 29. de Regularib. cap. Recolentes 3. & cap. Ea quæ 8. de statu Monachor. Conc. Mediolanen. part. 3. tit. de com. Vit. usu, ubi loquens de Monialibus sic statuit: *In omnibus monasteriis quoad cibum, potum, somnum, vestitum, ceterasque res atinet, omnes communiter vivant, ut à Sancto Concilio Tridentino decretum est. Et Conc. Cameracen. tit. de Monach. cap. 9. & 10. sic habet: Cum Sacrosancta Synodus Tridentina præceperit ea, quæ ad communem vitam, victum, & vestitum pertinent, fideliter observari, mandat hæc Synodus omnibus Religiosis, ut diligentissime paupertatis votum, tamquam ineffabilis cuiusdam, & dulcissima quietis causam custodiant, neque proprietatis vitio violenti: caveant igitur, ne quid sibi ita retineant, vel retinere desiderent, ut Communitati nolint esse commune, neque ad peculiaris usus eo utantur sine Superioris consensu.* Siquæ expresse statuit *Clemens VIII. in decretis pro reformatione Regularium, allatis sub verb. Regulares art. 1. num. 87. & confirmatis à Sac. Congr. Concil. jussu Urbani VIII. in decretis de Apostatis, & Ejectis, allatis sub verb. Ejecti num. 2. & sic expresse sæpe sæpius decreverunt variæ Sacræ Congregationes.**

Unde si alicubi non ita exacte, & perfecte observaretur dicta vita communis, esset à Superioribus omnino præcipienda, & introduenda, & à Subditis prompte, & integre observanda, prout expresse mandant Summi Pontifices, Concilia, ac Sacræ Congregationes. Et subditi recusantes vitam communem, cum Superiores illam erigere, & introducere, prout debent, volunt, peccant mortaliter. *Mastrius theol. mor. disp. 4. num. 46. S. Antonin. part. 3. Summe tit. 16. §. 11. de Pauperi. Donatus prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 15. quest. 5. cum aliis citatis; Felix Potest. tom. 1. part. 2. num. 1087. testans de communi. Et ratio manifesta, & insolubilis est, quia Regularis utriusque sexus recipiens, & retinens aliquod notabile independenter à voluntate Superioris, peccat mortaliter contra votum Paupertatis, sed Regularis utriusque sexus recusans vitam communem juxta formam Tridentini, Decretor. Clement. VIII. pro reformatione Regularium, ac constitutionum aliorum Summorum Pontificum, signanter Innoc. XII. in decretis à Sac. Congr. super disciplina Regulari de ejus mandato, & auctoritate editis (ubi confirmantur, & innovantur decreta Conc. Trid. Clement. VIII. ac aliorum Summorum Pontificum ad id edita, ut patet infra sub num. 12. ubi adducuntur) Superiore volente illam erigere, recipit, & retinet independenter à voluntate Superioris, immo contra ejus voluntatem; ergo peccat mortaliter contra votum Paupertatis. Major est certissima ex abunde adductis sub verb. *Votum art. 2. à num. 43.* Minor autem est omnino evidens, quia vita communis præscripta à Trid.*

*sess. 25. de Regular. cap. 2. & à Clem. VIII. in cir. Decr. pro reform. Regular. incip. Nullas omnium §. 3. & confirmata à supradictis Summ. Pont. est, ut quicquid Regularis utriusque sexus quovis modo acquirat, nullimode retineat apud se, & pro se, neque nomine monasterii, sed statim Superiori fideliter, & omnino tradat, & cum aliis Monasterii bonis, pecuniis, & proventibus incorporaretur, ut inde ex communi massa singulis in vita communi necessaria subministrare possit. Id autem totum vult Superior intendens vitam communem juxta supradictam præscriptam formam exigere, adeoque Regulares utriusque sexus recusantes vitam communem, quam, ut debet, vult Superior introducere, recipiunt, & retinent à se acquisita independenter à voluntate Superioris, immo contra ejus voluntatem, cum Superior velit, ut Subditus non retineat, sed statim acquisita incorporanda consignet, & subditus nolit, & recuset ea Superiori tradere incorporanda, quod est expresse contravenire voto Paupertatis. Unde nec Superiores sunt in securo conscientie statu, si in quantum possunt, absque gravi scandalo non curant vitam communem erigere, nec subditi recusantes illam recipere.*

Nec juvat ad excusandas excusationes in peccatis allegare consuetudinem in contrarium repertam à primo ingressu in Religionem, quia Summi Pontifices, & Sacræ Congreg. semper statuerunt teneri Regulares utriusque sexus ad exactam vitam communem, & Regulæ observantiam, non obstante contraria consuetudine, & introducta relaxatione, ut patet ex abunde adductis verb. *Regulares art. 1. à num. 73. & verb. Moniales art. 2. à num. 62. & signanter num. 87.* ubi inter alias refertur ex *Ursaya tom. 3. part. 1. discept. 1. §. 13. una Sacræ Congreg. ad id emanata Declaratio 12. Febr. 1678. approbata ab Innocentio XI. cum addito: Cbe si levi ogni altro abuso introdotto contro le buone Regole Monastiche, è massime quello di aver trovato tal forma di vivere, è tali abusi nel tempo del loro ingresso nel Monastero, qui Ursaya loc. cit. merito proinde concludit cum doctissimo Episcopo Crispin. nella *Vita Pastorale part. 2. §. 42. num. 39. in medio, quod in his terminis à Monialibus, & Regularibus inalleghabili est usus in contrarium attentio dicto Oraculo Pontificio, & resolutione dictæ Sacræ Congreg. & Donat. prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 15. de voto paupertatis. quest. 5. num. 3. & 4. ad Fontan. ad Constitut. Ordinis Prædicator. verb. Professio num. 11. fol. 530. dicunt expresse: Ex clara dispositione Capituli generalis Pastissimi celebrati anno 1611. admoniti. 3. utriusque sexus Regulares viventes sub Habitu S. P. Dominici tenentur ad observantiam Regulæ, & constitutionum nostrarum, non prout hic, vel ibi servatur, sed simpliciter, pro ut littera sonat. Et ratio est clara, quia ut rectè dicunt *Fagnanus in cap. Re-colentes 3. de statu Monachor. num. 6. Summa Asten. tit. 47. de Regularib. art. 3. in 7. quest. & alii plures Profidentes profitentur Regulam, non consuetudinem, nec relaxationem, immo ad id expressam faciunt protestationem, adeoque ad regulam, & vitam communem observantiam tenentur, & compelli possunt, non obstante contraria consuetudine, & introducta relaxatione. Tum quia neque possunt excusari per hoc, quod sub tali contraria consuetudine professionem emisserint, quia Regulares utriusque sexus per votum paupertatis in sua Professione emissum virtualiter voverunt *Vitam communem à Tridentino, & Summis Pontificibus præscriptam, Superiore illam conservare, aut erigere volente: Voverunt enim nihil retinere, invito Superiore, sed omnino dependenter ab ejus voluntate, cum hoc sit essentia voti paupertatis, adeoque virtualiter voverunt ei statim tradere omnia ab ipsis quovis modo acquisita, Superiore id præcipiente, aliàs retinere contra expressam voluntatem Superioris, & sic peccarent contra votum paupertatis; Tum etiam quia contra Regulam approbatam à S. Sede, prout includit tria vota substantialia Religionis, quæ sunt de Jure divino, non est locus consuetudini, quamvis fore contraria & immemorabilis, ex quo consuetudo Jus divinum auferre non****

BIBLIOTECA CENTRAL